

DISPUTATIO PHYSICA;

AMICITIAM
MAGNETIS
CUM FERRO

Exhibens,

Qvam

DIVINA ADFULGENTE GRATIA,

Consensu Ampliss: FACULT. PHILOS,
Regiae Academiæ Aboënsis,

SUB PRÆSIDIO,

Viri Amplissimi & Praclarissimi,

DN. M. PETRI HAHN,

a Scient. Nat. Profess. Reg. & Ord.

& Acad. Biblioth. Celeberrimi, Præceptoris

& Promotoris debita animi reverentia
ætatem colendi.

Die 22 Junii Anni 1698 hor. locoq; consuetis.

publica dextre Philosophantium censuræ
modestè submittit

GABRIEL PROCOPOEUS, C.F.

Satag. Finno.

Exc. apud Jo. LAURENT. WALLIUM.

Admodum Reverendo & Amplissimo

**DN. J O H A N N I
K E C K O N I O,**

Ecclesiæ quæ DEO in Hwittis colli-
gitur Pastor i longe merissimo ut &
circum jacentium parœciarum Præ-
posito gravissimo, Patrono suo humi-
lima mente jugiter suipiciendo.

plurimum Reverendo & Doctissimo

**DN. M A T T H I E
R U N G I O,**

Pastori in Loimjoki vigilantissimo,
Promotori & Benefactori suo debi-
to pietatis zelo proseqvendo.

Plurimum Reverendo

**DNR. E R I C O
T H O M A E O,**

Cœtus Dei qui in Siundo est, Pastori
longe fidelissimo, Avunculo suo o-
mni filiali observantia ætatem co-
lendo.

Per quam Reverendo & Doctissimo

**DNR. G U S T A V O
S A L O N I O,**

Ecclesiæ Nagœnsis Pastori dignissimo,
Fautori & Benefactori sincere vene-
rando.



arga & paterna illa bonitas, qva me præ aliis a
vitæ limine Patroni &
promotores optimi pro-
secuti estis, adeo ma-
gna est ut non verbis dignis mul-
to minus meritis ea pensari queat,
ideoqve forte ingratitudinis insimu-
larer, nisi data occasione debitæ meæ
reverentia & animi grati depone-
rem indicium: hoc ergo me per-
movit, ut hunc tenelli ingenii mei
fœtum, exilèm qvidem non tamen
alio nomine oblatum, qvam ut gra-
tissimi animi obseqvii & reveren-
tiæ existat argumentum, nominis
bus vestris, patroni optimi inscri-
bere non sim veritus, persuasum
habens futurum ut favore singula-
ri, faciliqve ac serena fronte eum
excipiatis. Ego re ipsa nihil præ-
stare

stare potis, calidissimis suspiriis cer-
nuus venerabor DEUM, dignetur
vos in DEI gloriam, Patriæ emo-
lumentum, Ecclefiaæ incrementum,
vestrarumq; demum honoratissi-
marum familiarum decus orna-
mentum & commodum, per lon-
gam annorum seriem clementissi-
me conservare, & tandem exantla-
tis hisce terrenis cœlesti gaudio
beare, in qvo voto manet

VESTRORUM REVERENDORUM

fincerus cultor

G. P.

Super Magnetem,

in

VIRTUTE FERRI ATTRACTIVA,
â

Politissimo doctrina ac modestia,

DN. GABRIELE PROCOPOEO,
disputatione publicâ expressum:

Vana fides vulgi: Specie non pondere rebus
Imponit pretium: nec nisi picta legit.
Seat lapis, haud ulla fulgens scaber ipse
mitore:

At decus informi schemate grande tegit.

Bellica cum diro mugit tua vulva boatus,

Mavors! ignitos dirigit ille globos.

Fulnifice gravidis ferro sanieque medelam,

Scis Dexippe citâ suque adhibere ma-
nu.

Quem vix eriseno, vincit vulcanius ar-
dor

Gurgise, qui subigis Martia regna,
chalybs,
Com-

Concedis, paterisque moras, quis fæderis
queris,

Et rerum dormitrix ipsa domanda rediſ.
Qui vario, lustrare cupit, sub climate
terras:

Si vel aret Libyam, vel freta mota Thetis;
Hoc duce, non metuet fecerni nubibus
axem,

Nec pelago errabit, nocte silente tre-
mens.

Ergo, cum Cynosura stupens Heliceque fa-
tiscit:

Suspicitur Magnes, Vincit & astra la-
pis.

Non lapides cuncti, lapides & saxa lo-
cuti:

Imperat et si emtos è lapide esse lapis.

scribebam amicitiae & affi-
mationi Dn. auditoris,

JO: RUNGJUS,

TIL HENR RESPONDENTEN.

Swad Hemligheter stoer NATUREN hoes sig
döllier;

Wij undersöka wäl heelt fljigigt dag från dag/
Men röcke ett Mörcker doch wäre SINNE öf-
werhöllier/

Wij en nog KUNSTAP få om deß fördolda LAG;
Och fast wij wända an stoer FLU: och så begåra/

Mår lijet wij förstå at lära meer och meer/
Så är doch allrabäst af all vår Konst och LÄRA/

Den Vetenstapen som Förfarenheten geer/
Herr PROCOPOEUS vårt har sig åtagit
drifwa/

Magnetens hemlig' Art och den förenings
stoer/

Samt Wäxel-Kärleek som NATUREN welar gifwa/
Med Järnet når hoos dem fördold en sämia
hoor :

Men sii hans wackra Prof iog nu en hinner prissa/
Doch tycker at rätt som Magueten Järnet
drar/

Herr PROCOPOEUM dra de Nijs Systar
wissa/
Och vid Parnassi kline will' honom hålla qvar.

I hastigheee skref

GABRIEL TAMMELIN.



MOMENTUM PRIMUM.

§. I.

Gerentius, qvem posteritas
veneratur, summo cum judicio,
hæc nobis proposuit verba:
*Nihil dicitur, quod non dictum
sit prius;* eo ipso significans, nos & fru-
stra operam impensuros, novarum re-
rum excogitationibus, & qvæ cognita
velimus proferre, pro nostris neqva-
quam ducere posse; Interim proposi-
tum nobis est inquirere in ea, qvæ ul-
trò sese animis nostris ingerunt, illa-
rumque omnes perpendere causas, &
rimari qva in re consistat, qualitas tum
hujus tum illius rei naturalis, exempli
gratia astralium corporum, quæ in hæc-
ce inferiora agunt, eaque vi sibi princi-
tus concessa, afficiunt, ita ut excedere
ordinem à natura ipsis injunctum ne-
queant, certe non aliter rectius expedi-

re rem possumus, quā si de rebus manife-
stis manifeste, occultis ut possumus, sta-
tuamus, contenti in illarū contemplatio-
ne, ductu & institutione aliorum, in ha-
rum vero si quid proficiamus inqvisitio-
ne, non omnino desides. Est autem apud
omnes in confessio, quantis laborent dif-
ficultatibus qualitates quarundam re-
rum naturalium occultæ, in quibus cer-
tè plus caligamus quam ex adverso in
manifestis, lucis & obviæ veritatis ha-
bemus. Vereor itaque dum animus
meus hac vice sollicitus de naturali il-
la amicitia magnetis quam cum ferro
habet, cupit ea assequi luciꝝ dare, quæ
natura nobis occulta voluit esse, ne ex
carybdi in scyllam incidam; Verum e-
num vero cum novitas delectationem
pariat, etiam ego paucis quantum licet
(gratia illorum fretus quos mecum a-
gere autumo) hic cogitationes meas
in dictum argumentum notabo, tra-
stationem extraessentialiem seu proœ-
mialem (ne forte violare methodi ar-
guar) essentiali præmittendo, brevibus
qvæ

quæ proferre constitui, pro modulo te-
nuissimi ingenii traditurus.

§. II.

Cum itaque hic in frontispicio, Etymon ipsius vocis se mihi considerandum sistat, brevibus ejus tractationem absolvam. Vendicat Celeb. Sperlingius in institutionibus suis Physicis, inventionem magnetis, fessoribns, qui defini-
to labore, instrumenta sua in fodinis ante abitum abscondiderunt, postero ve-
ro die cum ad operas redirent, hæc non
in loco quo posita fuere invenerunt,
verum sedulò requisita, tandem pen-
dentia cernebant, qua novitate rei per-
moti, magnatibus id est dominis suis id
significarunt, quorum curâ non immer-
to dixeris magnetem primum erutum
esse, & id ipsum nomen dedisse. A-
lli existimant à Magno originem su-
am ducere, cum affinitatem habeat cum
ipso vocabulo, sive magnitudinem viri-
um species, sive convenientiam ipsius
vocis, mutata saltem una literarum u-

e. Non defunt qui à Magnesia derivare
malunt, quæ regio fuit Macedoniae, vel
potius referente Plinio, Oppidum lo-
niae, circa Mæandrum fluvium, quam
sententiam stabilire videtur Lucret: cum
ita canit:

*Quod superest agere incipiam quo fœdere fas.
Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere poset,*

*Quem Magneta vocant, patrio de nomine
Graji.*

Magnetum quia sit Patriis in finibus ortus.
Nec indignam Magnetis originem illi
tradere videntur, qui Pastorii cuidam in
monte Ida qui Crete habetur juxta Virg:
vel in Troade juxta Ovid : qui Magnes
fuit appellatus, ejus inventionem ad-
scribunt, cum saxum hoc Magneticum
clavos calceorum aliaque ferri genera,
quæ tam in principio baculi sui, quam
in aliis instrumentis habuerat, ad se
traxisset: scilicet eorum opinionem ha-
etenus saltim adprobo, non quod hoc
arcانum se ei obtulerit, tanquam pri-
mo inventori, sed quod ab illo nomen,
virtuoso huic prodigio sit commoda-
tum,

5

tum, cui rationi non facile quis adver-
fari possit, qui multa alia ab auctorum
nominiis, sua traxisse hanc ignorat.

§. III.

Jam pari brevitate expositionem am-
biguitatis circa vocem Magnetis pro-
ponam, cum primum tradiderim, in quo
significatu propriè vox hæc sumatur.
Est autem Magnes lapis quidam ejus na-
turæ, ut vi quadam intrinseca tam in i-
psos polos se convertat, quam etiam ut
trahat ad se ferrum, si id intra activita-
tis luæ sphæram admotum fuerit. Præ-
terea quod in præcedente §. etiam innu-
ebamus, est nomen proprium certis
personis impositum, inque illis Pastori
isti in Ida, qui Magneti, nomen dedisse
existimatur, & apud antiquitatum Athe-
niensium scriptorem, puero Smyrnæo,
qui pari modo hoc nomine fuit usus,
referente Lucret. impropriè etiam à
pluribus usurpatum fuisse, non pauci in-
ter auctores tradunt, tribuentes hanc
vocem aliis quoque rebus, ut i. Naturæ

ipsi, cuius magnetica vis tam homini
quam bruto, talem vel amicitiam vel in-
imicitiam, inter suæ speciei certa quæ-
dam supposita invicem ingeneravit,
& illam quidem adscribunt non pauci
potentiae divinæ, omnium mirabilium
effectuum Auctori. Sed id pie magis
quam philosophicè est excogitatum.
Porro putant, res ad amorem & odium
incitari per species quasdam ideales,
transfusas in materialia ideo quod con-
formis utrinque fuerit illorum idea,
quam causam satis validam esse duxe-
runt. Quidam intelligentiis adscribunt,
statuentes omnes lapides particulari sua
intelligentia regi, Alii cœlo & stellis, i-
deo quod cœlum hæc inferiora operiat,
verba sunt Rabbinorum: *Nulla est herba*
inferius quæ non stellam habet superius, quæ
ei dicat cresce: nonnulli iterum variis re-
rurum temperamentis assignant quod ta-
men haud videtur vero simile; suma-
mus enim hoc, loco exempli, quod vi-
deamus perplurimos odio prosequi fe-
les, adeo ut prius se à fenestris præci-
pi-

pites dent, quam ut sub uno tecto cum
illis sint, si ergo hoc sit ob temperamentū
sanè omnes reliqui etiam feles abhorre-
bunt, qvi consimile habent temperamen-
tū puta sanguineum. Alii qualitatibus oc-
cultis tribuunt; sic timet lepus canem &
non cervum, pullus milvum & non pavo-
rem. Qvorum sententiæ nos accedimus
non ignari rerum omnium superiorum
& inferiorum, naturas tam admirabili
catena esse ligatas, ut in unum consensu
qvodam occulto cœant. 2. Soli, Lunæ &
reliqvis stellis, ut qvod Sol exsiccat suo
fervore, & id Luna refrigerio qvodam
restaurat, humoreque emollit, aliaque
astra benigna interpolatione concoquunt
& fovent, id omne fieri intelligatur per
magneticam illam facultatem, qvā stel-
læ agunt in corpora hæccæ inferiora.
Sed ne iusto prolixior sim, addam fal-
tem id 3. quod Clariss. Schwinimer ad-
ducit de Cinnabire, qvod propter insi-
gnem virtutem Antepilepticam, Magnes
Epilepsiarum vocetur. Propositi ratio verat

plures vocis acceptiones huc compo-
tare, sive de magnetismo morali, illo
quo Princeps sic subditorum suorum
animos ad se trahere possit, ut cum illo
quasi unum sint; sive etiam quem con-
spicere licet in aliis hominum factis,
quæ rationis ductu dirigenda erunt;
sive denique de illo quo ex naturæ in-
stinctu compellimur ad DEUM; Proin-
de brevitatis causa remitto, si forte u-
berior horum recensio placet, lectorem
ad disputationem habitam hic Anno
1689 De Magnetismo rerum naturalium
ubi auctor succinte collegerat ea, quæ
ab aliis prolixè fuerunt tractata.

§. IV.

Jam pergo ad Synonymiam, tra-
diturus ea quæ aliis verbis magnetis
vocem exprimunt, quorum tamen plu-
rima ita comparata sunt, ut magis vi-
deantur esse allusiones, quam vere pro-
pria nomina. Quomodo i. ab Hercule,
qvem Photius vult esse ejus invento-
rem, Herculeus nominatus est, sive qvod
instar Herculis omnia sub suam cogat

potestatem, sive quod aliqua falcem similitudine vires ejus referat .2. Heraclitus ab Heraclea, quæ insignis, urbs fuit, alias Pontica cognominata dicente Cic. ubi etiam volunt nonnulli primum inventum esse. 3. Siderites vocatur propter naturalem illam inclinationem quam habet in ferrum, Græcis enim ferrum σίδηρος. 4. Etiam alias pro adamante sumitur, cæterum cum Plinius ejusmodi etiam gemmam dari testetur, qvæ ferro per omnia similis est, non nisi quis possit Magnetem sideritem nominare, quamvis ita vulgo & usu apud nos est receptum, Magnetem autem vocari rectius automo, siquidem Theophrasto quoque græce μαγνητις audit; Præterea 5. Aristoteles vocat illum λίθον simpliciter, quod ea de causa volunt auctores quidam esse Synonymam ipsius magnetis, id si sic se habeat, meum non erit illic quidpiam contradicere, quamvis Hippocrates mihi aliud persuadere videtur; cum dicas ἡ λίθος οὐκέτις τὸ σίδηρον

ἀρνάζει. Si enim lapis sit simpliciter, cuilibet natura ejus in comperto erit.

MOMENTUM SECUNDUM.

§. I.

Præter opinionem diutius parti extraessentiali immorabar, qvam in frontispicio constitui, hinc me commitem essentialibus, & quidem in antecessum inqviram de Magnete, qualis sit? Externam formam si cui volupe fuerit scire, aliam non habet qvam parem cum ferro, unde etiam Poëta eum describit quod sit:

Decolor, obscurus, vilis non ille repexam.

Cesariem regum, nec candida virginis ornat

Colla, nec insigni splendet, per singula morsu.

Quod vero internas ejus operationes spectat, habet tam stupendas vires, ut merito naturæ miraculum, ingeniorum cos, & eruditorum victor, à doctis vocetur; omnia namque hæcce visibilia suo dominio subjecta habet. Si enim cœlum inspiciamus, videmus ibi magnam ejus potentiam in hæcce inferiora,

ra, si in terram oculos defigimus, compierimus ibi illum tanquam dominum iedem suam locasle. Tantam autem in Oceano obtinet vim, ut navigantes etiam cogat contra suam voluntatem alii cubi hærere. Dicit originem ex vapore Magnetico in sua matrice per vim lapidificam coaleſcente. Qvod autem disparis sæpe coloris sit ex varietate terræ regionumque fluit. Unde etiam est qvod in omnibus locis, non sit æqualis virtutis cum ferrugineo Magne- te, seu illo qui ferro similis est; Appropriant tamen sibi nomen Magnetis, ejusmodi Magnetes, non qvod illa virtute tractiva sint donati, verum qvod imbuti sint vi aliquia dispositiva in polos, propterea nomen Magnetis fortiti. Quod vero tanta imbecillitas in ejusmodi Magnetum genere deprehendatur, aliunde non est, quam qvod in profundo fuerint nati: dicit enim mgnus ille Kirch.

Qvo ejus natalis locus fuerit profundior, eo succus lapidescens seu fuligo magnetica ab humorum impuritate est purior, magisque nu-

zritur & robatur. De cætero dat Plinius
sex genera magnetis, qvæ hic recense-
re temporis angustia vetat: adeat qvi
velit Joh. Mich. Schwimmer in curio-
statibus ejus Physicis.

§. II.

Sed jam ad contemplandam virtu-
tem Magnetis, qvam in terrum habet,
vocabur, à qvâ definitur, *quod sit lapis*
attractivus ferri: eam si ulterius qvis ex-
aminare voluerit, videbit mirificam illam
unionem tam indissolubilem esse, ut ē
longinq̄o velut œstro amoris percitus
subsultet qvasi, cum ob distantiam vel
interpositum obicem in remota aliter
non potest virtutem sibi innatam ex-
ercere. Nec solum tale ferrum attra-
hit amatve quod adhuc in fodinis me-
tallicis, puta ubi etiam possit magnes
reperiri, latet, verum etiam ignitum
eujuscunq̄e generis, & qvidem ita ut
ferrum etiam vi illa magnetica impræ-
gnat, ut & ipsum pari virtute operati-
ones edere possit, observato qvod pa-
ris magnitudinis sint, nam si lapis exi-
guus

guis fuerit, imminet ferro, si vero fer-
rum magnitudine superat, Magnetem
ad se trahit. Huc pertinet quod Cele-
ber. Sennertus ait, de Cons. & diss.
Chymicorum, cum Aristotelicis &
Gallenicis, quod Magnes positis obsta-
culis etiam possit exercere suas vires
in ferrum aliaque metalla cujuscunque
generis, si tamen obstacula illa non ex-
cedant in crassitudine Sphaeram activi-
tatis Magnetum. Gemina habet agrico-
la de Nat. foss. lib. 5, Evidem ait, spe-
culum rotundum vidi, tam palmos tres, al-
ium duos, in cuius parte concava, superne erat
inclusus Magnes, is globulum ferreum ad imum
speculi collocatum ad se traxit, ut ne densum
quidem speculi corpus frangere & impedire
potuerit ejus vires. Stupentibusque rerum na-
ture imperitis, globulus ferreus qui decidere
solet, in sublime ferebatur. Et facit hoc
Magnes non solum per speculum ut
prænominatus auctor dicit se vidisse,
verum etiam per alia cujuscunque
generis, ut antea dixi admota obsta-
cula, cuius rei causam conabimur dare
in sequentibus.

§. III.

Subjiciemus ergo jam rationem, cur Magnes trahat ferrum? certe hujus causam aliunde arcessere non licet, quam ex mutuo illo consensu & radicalli vigore, quem ad se invicem habent, quippe ut dissimilia societatem mutuam fugiunt, sic amica in mutuos congregiuntur amplexus, notum namque est Magnetem imprægnatum esse ferri spiritibus, ita ut non solum Magnes ferrum, sed & hoc illum vice reciproca attrahat, ubi notamus mutuum harum rerum consensum, tam aeterno amicitiae vinculo esse compaginatum, ut ab ejusmodi virtute nunquam cesserent. Placuit haec sententia Conimbricensibus, inde sic loquuntur: *Vocat Magnes ad se ferrum propter sympathiam sive occultum naturæ consensum, sicut succinum, lyconites & Adamas paleas trahunt, sicuti argentum viburni auri particulas, sicut Epithomium atrabilis, agaricum pituitam evocat.* Hoc autem fatendum erit hunc consensum causam esse remotam, etiamsi perinde sit

utrum

utrum remotam an propinquam nomines, modo non proximam indigites dicente Schwammer in Curiositatibus Phys. cum Magnes ferri qvædam vena sit, ex quâ ferrum generari potest. Præbet his assensum Kirch: dum causam hujus arcani inde petit, qvod Magnes genuinus sit telluris filius, Magneti autem prorsus congruat vena ferri & consequenter ferrum, aut qvod cunque aliud corpus terri odore imbutum, intra Sphæram Magneticam convenienti ratione & debito situ constitutum verticitatis acqvirendæ capax sit, & ea acquisita subito fese ad Magnetem veluti ad bonum suum conservativum, conformare studeat; Evidem plura adhæc possent addi judicia Doctorum, Sed prohibet constituti ratio, & habebit ea cuicunque volupe fuerit adire eundem laepius nobis laudandum Kircherum.

§. IV

At majoris ponderis videtur esse, cui tamen, si fides adhibenda sit, cuilibet

integrum relinquo, nimirum, quod Mag-
nes tantæ sit virtutis, ut non solum fer-
rum alliciat, sed statuas quoque ferreas
in medio ære detineat pendulas. Di-
cunt enim Thalmudici Jeroboamum
vitulis aureis magnete suspensis in aere,
hoc inusitato spectaculo homines ad ido-
lolatriam excitasse. Refert etiam Kir-
cherus solis imaginem in templo Beli
Babylonii machinatione magnetica in
aere pependisse. Circumfertur & hoc
omnium ore quod teretrum ferreum
Mahometis in templo urbis Arabiæ
Mechæ, in medio aere fuerit pendu-
lum, notante id etiam Batavo quodam
in suo itinerario, cujus hæc sunt verba:
*Mechæ oppidum, quod in Arabia situm, notum
est ex cadavere Mahometis. Id ibi ferrea ciste
inclusum, subductum à terra, pendet subcelo,
ex Magnete fabrefacto, magnaq[ue] Turca-
rum & Moororum religione celebratur.* Et-
iamsi judicio Kircheri, citante illo
etiam Schwimmer hæc sint mera fig-
menta & impossibilia naturæ effecta,
qui tamen probat alicubi certam hujus
re-

rei dari rationem qui possit fieri. Contra Cl. Schwammer hanc assertionem in curiositatibus suis Physicis, impossibilem esse nequaquam autumat, nam (arguit) si trahitur ferrum, vis tractiva autem magnetis exserit se solum ad certam tractu à se distantiam, & tractum tendat sursum, non video virtutem Magnetis tractivam pro ratione molis non posse reddi proportionatam ferro trahendo, ut ad ipsum Magnetem contactu suo pertingat, quin potius in certa distantia a Magnete teneatur, sicque in aëre hæreat, dum Magnes accedens Magneti vim tractivam reddit efficaciorum, si Magnetes quidam polis dissimilibus conjuncti sint.

§. V

Jam ex incidenti ob affinitatem argumenti considerabimus quomodo etiam ipsum ferrum aliud ferrum ad se trahere possit. Fit hoc regulariter quod magnes trahat ad se ferrum, quod vero ferrum, trahat ad se aliud ferrum,

rum sane videtur, ubi ferrum primum
 tenetur arctius, tertium, quartum & de-
 inceps temper remissius. Causam hanc
 volunt esse docti, quod ferrum hoc
 tractivum communicet semina virtutis
 tractivæ conceptæ à Magnete, in sibi
 proximum ferrum, tanquam corpus
 connaturale proportionatumque, intra
 orbem modo verticitatis constitutum,
 ita ut ultima ferri particula in sphæra
 activitatis penultimi constituta, penul-
 timo adhæreat, probatjonem ulterio-
 rem hujus rei profert Cl. Schwimmer
 in Curios. suis Phys. notans hæc Augu-
 stini verba de Civ. Dei ; *Magnetem tapi-
 dem novimus mirabilem ferri esse raptorem,*
*quod cum primum vidi, valde inhorru-
 i. Quippe cernebam à lapide ferreum annulum
 raptum atque suspensum.* Deinde tanquam
 ferro, quod rapuerat dedisset vim suam,
 communemq; fecisset, idem annulus admotas
 est alteri, eumque suspendit, accessit eodem
 modo tertius, accessit & quartus ; Namque
 sibi per mutua connexis, non implicatorum
 intrinsecus, sed extrinsecus adhærentium, quasi
 catena pependerat annulorum. §.

§. VI.

Habemus de ratione cur attrahat ferrum Magnes, quid autem vis eorum attractiva sit, superest ut paucis dicamus: Eam ergo nihil esse aliud persuasi sumus quam amicum qvendam & ex similitudine naturæ provenientem Magneticorum corporum congressum, in ordine ad situm'convenientem, inter se & in universo obtainendum, & ad hunc'conservandum à natura intentum, docente pluribus de hac re Kirch. quod vero qvandoque recusat hoc conjugium, sit I^o. ex male observata distantia inter utrumque, nam si amoveatur ab uno id quod ipsi sit carum facile potest ab effectu præstando cessare. II.^o si duo Magnetes jungantur similibus terminis mutua exercent odia, debent ergo jungi ita, ut non australia pars Australi vel Borealis Boreali, sed Australis boreali, adeoque sic pars dissimilis dissimili respondeat dicente Schimmer in Cur. suis Phys. Est namque una ea-

demque vis Magnetis, ut propter mutuum quasi cognitionem naturarum, & situs conservationem, omnino ad illum amorem præstandum feratur.

§. VII.

Porro cum omnis actio fiat per contactum mediatione vel suppositi vel virtutis sequitur, necessario Magnetem & terrum debere tangere se invicem, qvod tamen hic non fieri certum est, unde etiam concludendum qvod aliquid tale hic erit statuendum qvod nimirum fluat ab uno ad aliud, faciatque ut horum amicitia sit infucata, neve unquam ab exercitio ejus possint cessare. Volunt Conimbricenses emitti qualitatem a Magnete qvæ impellit illum in mutuos amplexus cum Ferro & quidem auctoritate Galeni, præter qvos adducit Schwimmer alios etiam qvos hic notare placet, ceu 1. Fracastorium qui putat motum fieri per speciem spiritualem. 2. Schotum qui censet fieri per spiritum magneticum. 3. Demochritum &

Epicurum qui dixerunt fieri per atomorum effluxionem: verum tutissimum videtur statuere cum recensioribus hujus rei investigatoribus, ex Magnete atomos proficiisci in ferrum, cum ejusdem fere rationis sit utriusque constitutio, terri nempe ac ipsius Magnetis, adeo ut adhaereant invicem jactis atomis, cum sane nullum corpus detur quod non habitus & vapores a se emittat.

§. VIII.

Mantissa loco adhuc dabo pauca de Magnete. 1. quod non omne id quod Magnetis nomine venit fit magnes, cum substantia ejus sit per totum lapidem dispersa, nec totus lapis trahat ferrum. 2. quod vis ejus directiva attractiva & repulsiva vigeat in suis polis. Per totum quidem corpus virtus ejus est diffusa, manifestius tamen in polis quam in aliis partibus se prodit: dicit Doct. Schwim. 3. quod non solum ferrum sed etiam alium Magnetem sibi attrahat, trahit namque

Ma-

Magnes ferrum utroque polo, & polus
unius magnetis australis trahit polum
alterius & vice versa, non vero polus
borealis borealem, major tamen magne-
tis propensio in ferrum est, quam in a-
lium Magnetem. 4. amatur Magnes re-
ciprocō amore à ferro, ut ab illo attra-
hatur, si cæteroquin Magnes exiguus
sit & liber, ferrum autem grave cujus
rei causam in antecedentibns dedimus.
Hæc fuere quæ B. L. exhibere mihi e-
rat constitutum quæ ut benevolentia
suæ pallio tegat est quod officiole rogo,
cum brevitati maxime studuerim, &
simplicitati dictionis ne rem in se ob-
scuram etiam spissa aliquæ oratio-
nis nvbe invol-
verem.

DEO SIT LAUS SEMPITERNA.



Am den Welgelahrten
Herrn RESPONDENTEN

von

übereinstimmung des Eisens und
Magnetis uns lehrenden/

Herrn GABRIEL PROCO-
POEUM.

Die Welt verwundert sehr / die hoch- und
tiefe Sachen/
Die Schöffer in die Welt durch seinen Krafft
gemachte

Die noch von keine Mensch erzählt noch erdachte
Zur Gnige sind ; ob schon man mit sehr grossen
machen

Zu wissen solches strebt ; daß wenig ist wir wissen/
Und durch Fleiß fassen kan ; ob schon ein Hel-
den mutt

Wen jenem solle sein ; und er mit feurig alucht/
Studiren wolte und mit grosse Kummer nüssen
Durchforschen wolte es : den in sehr schlechte
dingen

Ist grosse wirkung und recht wunderlich gewalt/
Nach dem die Dinger sind im grossen Weltes
Wald.

Mich wundert daß der Herr Respondens kan
durchdringen/

In

In seinem Jugend und in Frühling seiner Jahren
So hoche Sachen' und darf geben in den
Tag
Wie der Magnet an sich daß Eisen tragen
mag/
Dass wenig noch vor ihm vom grunde so er-
fahren
Hatt es ; deß wegen auch Apollo will ihm
lieben/
Und Themis soll ihm in Parnassi Residenz
Mit Milch der Wissenschaft eintauchen
präferens
Sage Pallas, soll ihr hab'n vor andre ; so solts
bleiben.

Wie seinen in sonderheit gutem Freunde
zu treulichen/ Segens und Glück
erlangung/ wünschet

ERICUS ZACKU/
Satag. Finl.

